No 6.

~~Aeterne memor) S(alutis) quisquis hoc subis, Sta, lege,~~

A

Aeterna
~~Aeterne~~ memor) S(alutis) quisquis hoc subis, Sta, lege, nosce
Mundum
~~Mundum~~ hunc stationem habemus non portum.
Haerere in eo licet non manere
Praeparamur hic tantum ad meliorem illam vitam
In eam assumimur non ut diu hic sumus sed ut digni
Et ad laeta tum primum venimus et optata
Animum itaque colamus pietate et fide
Ut cum id erit, sine metu sine motu emittamus
Mortem non timeamus, nec optemus
Et manere nos Deus velt: velimus: abire non nollemus
Utique inpellendi nihilominus et trahendi
Nullis mali alit graves vivamus
Ut memoriam apud omnes relinquamus bonam magis quam magnam.
Ego diu votum hoc habui et proposui
Etiam hoc monumento ad posteros testare
Nam TAGVS TOSSIVS OCTAVI. F.
Posui mihi et meis sed uxoribus
Binas habui et mortuus inter eas hic quiescam,
Ut hic et ponam.
HEDVIGIA RANSOVIA et
CHRISTIANA URUP. fuerunt
Inter illustrissimas hic stirpe et fortunis
Forma infra nullas sed animo magis et virtute magnae
Ac verbo dicam optimae pulcherrimaeque foeminarum
quas si liceret et tutum esset ut aureas totas hic
Ponere hoc mere dantur
In flore aevi discesserunt sobole marito et dolore relinquerent
Ego jam dedi quidquid ab amante a maesto
Possunt debentque demanare
Nunc morte et extrema illa proponeas
Vitam Deo et patriae dico
animam coelo cum decretorius ille dies venit
ossa cineresque huic sepulcro destinae.
V Habere te hospes volo et haec scire
CIↃIↃCXXI.

K—